

In quo sermone multuz cōmendat pij laboris exercitium. In fine sermonis tamen labori preponit deuotū contemplatōis ocium: dicēs mariam ppter contemplationis ocium minime fore inter ociosarum muliez numerum computādam: quin potius omnibus preponēdā. Quo modo enim panem illa ociosa comedit: que pane plena alijs panem frangit: que oratōnis patrociniō conuersatōis exemplo: pie eruditōis verbo esuriētes et sitientes iusticia refouet atq; pascit. Maria ergo que oratione subuenit. cōuersatione ad bonum allicit. predicatōe instruit. panem frangit ꝛc.

De quiete.

Cap. xxx.

Quiēs autem est

Cessatio ab exercitio et etiam a labore. Sicut enim necessaria est ad nature conseruationem exercitatio: sic etiā et quies. nam quies finis existit et consuminatio motus et laboris. Sine enim quiete nihil finaliter est durabile. quia quod caret alterna requie durabile non est. unde celum quod maxime est mobile motu suo tendit ad quietē. Sicut sol luna sydera ignis aer aqua et oīa alia que secundum naturā sunt mobilia: tendunt finaliter ad quietē. unde dicit augustinus. Quies autem naturaliter habet inclinatioem ad centrū. Et ideo principium est et dispositio aggregationis et adunationis partium in loco suo. Et ideo omnia que sunt ordinata secundum naturā ad quietem nobiliora iudicantur et digniora quando sunt in quiete quam quando sunt in motu. sicut finis dignior est his que sunt ad finem. Quies autem potest oppositum exercitio: tot modis considerat quoad effectum quot et ipsum exercitium. Alia enim est spiritualis alia corporalis. quorum utraq; si fuerit nature commensurata erit salutifera anime et corpori. sanitatis hominis conseruatiua. si autem non: econuerso. Item quies aliquando est nimia. et hec est malorum humorum generatiua. nutritiua. multiplicatiua. corruptiois inductiua. Nam aque quando nimis quiescunt: putrescunt. Sicut ferrum et quodlibet metallum rubiginatur quando nimis debito usitur. Alia est nimis parua. et hec sicut uiciosa: quia naturā lassam non recreat. debilitatē non reparat. presumptā non restaurat. Mediocris autem inter has est laudabilis. nam calorē naturalem prestat. sensus recreat. digestioem emūdat. corpus mediocriter purgat. Item quod ad quietem quies alia est uera: et haec est laudabilis. alia non uera ut in febribus: et hec minus laudabilis est sicut post dicitur.

Et sic est finis huius sexti libri.

Incipit liber septimus de infirmitatibus.

Quiaque comple-

minus auxiliare deo tractatus de illorum proprietatibus que hominis naturam preueniunt et custodiunt: dicendum est de his que contra naturam sibi accidunt. eiusque naturam destrunt et corrumpunt. Tria enim sunt que hominis naturam ledunt. scilicet causa morbi. ipse morbus. et accidens sequens morbum. Causa morbi est illud unde preuenit mala et innaturalis in corpore dispositio ut mala complexio. nimia repletio vel inanitio. virtutis defectio. qualitatum alteratio. continuitatis dissolutio. Omnia enim ista causa vel occasio morborum sunt. Morbus secundum Iohannem est res ex qua accidit complexionem corporis lesionis nocumētum. sicut febris apostema ꝛc. Accidens est res sequens ad istam introductam in corpore passionem. siue sit contraria nature ut dolor capitis in cephalica. siue non sit contraria: sicut patet in prepleumonia rubor accidit in maxilla. Bona autem corporis dispositio dicitur sanitas. per quam corpus hominis in sua complexionem et compositionem tale existit: ut suas libere et perfecte peragat actiones. Ab hac tempantia si fuerit natura lapsa: incidit necessario in egritudinem et in morbum. Nam ex distempantia et inequalitate humorum accidit morbus consimilis: ut est febris ydropis et huiusmodi. Ex mala hominis dispositione membrorum incipit morbus dissimilis. ut in oculo obtalmia: vel in manu arthetica. Ex mala hominis dispositione utriusque preuenit morbus uniuersalis: sicut est elephantia siue lepra. Omnis igitur morbus vel est consimilis humoribus et alia membra consimilia inficiens. vel officialis qui membra impedit. vel est uniuersalis qui naturam interiorem et externam destruit et corrumpit.

Cap. i.

Quiaque itaque in-

firmatum proprietatibus. scilicet de eorum causis effectibus et signis et remedijs aliqua sunt dicenda. Non quidem de omnibus sed solum de his que in diuina scriptura generaliter exprimuntur. Et ideo de ordine prosequendi non est hic curandum. Primo igitur de passionibus capitis est inchoandum. ysa. primo Omne caput languidum ꝛc. Dolor capitis ut dicit constantinus cephalica dicitur. et preuenit duobus modis. aut ab exterioribus ut ex percussione vel ex calido aere dissolvente vel ex frigido sustin-

gente. Secūdo mō scz ab interioribz puenit vel ex causa priuata vel remota. Ex priuata q̄ aliunde q̄ ex capite non puenit. ex causa remota vt a stomacho. Et si sit dolor ex causa priuata vel ex vicio solius qualitatis maxime frigiditatis vel caliditatis. aut ex vicio humorz: vt pote sanguinis fleumatis &c. Qui dolor si sit interpolatus modo veniens modo recedens. signuz est q̄ est a stomacho. vnde Gal. Si dolor ē in capite. nulla certa causa extrinsec⁹ veniēte acuti humores grauant stomachū. Si hō est sine intermissione ex humoribus est. Si ex sanguine calorem patitur in capite. grauitatez in fronte. quia anterior pars capitis sedes est sanguinis. oculi rubescunt. faciei vene sunt plene. Si hō ex fumis colericis. calor sentit̄ ī naribz. siccitas in lingua. vigilie z sitis nō desunt. maior in dextera sentit̄ dolor q̄ in sinistra. quia ibi colere sedes est. Facies cum oculis est citrina. amaritudo sentitur in ore. Si hō ex melancholia. in sinistra parte erit dolor. intensior cum frigore. Vigilijs grauitate facies erit liuida quasi terrei coloris. Oculi concani lippitudo. oris acetositas. Si hō fuerit ex fleumate. sequit̄ dolor grauius p̄ os z nares exit supfluitas. z q̄nqz cum tussi z graui spūs retractōne z querela. Facies pallida z subtumida. oculoz lippitudines. oris insipiditas. dolor a parte posteriori maior. est enim ibi sedes fleumatis. vnde Gal. in li. institutōnū. Nosse oportet caput diuidi ī quatuor ptes. Nam sanguis in fronte dominatur. colera autem in dextera. melancholia in sinistra. fleuma hō in occipitio dominat̄. Istis z alijs modis plurimis accidit dolor capitis. sicut ex acmie fortis vini. cuius fumus pungit pelliculas cerebri z grauem infert capiti passiōē. Hucusqz cōstan.

De medicina z remedijs doloris z passiōis capitis.

Capit. ij.

Dicitur autē caput dolorem quendam interiorē quem phisici vt dicit constan. vocant emigraneaz. Et hic dolor h̄m constan. est grauissimus. Sentit enim in capite quasi malleationem z p̄cussionem. nō potest pati sonum nec vocem. nec lucez vel splendorem. Et h̄ dolor est ex fumo colerico z calido cum ventositate. Et ideo sentit puncturam. arsuram. z tinnitum. Datitur autem caput specialiter in cute exterius postulas z scabiem. saniam ad modū mellis emanantem. z ideo talis scabies a p̄stano vocatur fauus. Habent enī pustule mo-

dica foramina ex quibus sanies egredit̄. q̄ tauns puenit ex humore viscoso vlsqz ad cutē superficiem p̄tingente z vlcerante. Item patit̄ caput quandam in pueris familiarem passiōem quam constan. vocat squamam. Nos autē dicimus eam tineam. quia ad modum tinee superiorē cutis capitis substantiaz corrodit. z q̄si inseparabiliter tenet eam. Talis enim passio pruritum in capite generat immoderatum: de quo post confricationem quedam squame dilabuntur. Hec passio sepe euenit infantibz propter abundantiam humoris z molliciem ipsius cutis. abundantiam cibi amplioris. His vt dicit constan. cibos subtrahimus. z tunc humore vicino sublato vngēta z alia remedia adhibem⁹. Summū autem lactantibus vt dicit constan. est remedium: vt apertis retroz suz in auriculis venis sanguis extrahatur. z extractus super locum doloris calidus inungatur. quia poros caliditate sua z subtilitate aperit. z subintrando materiam diuidit z consumit. Et quia capillorum radicibus illa squamositas adherere consuevit: sanari defacili non potest nisi radicitus de capite subtrahatur. que passio si inueterata fuerit: vltius vix sanatur. vix etiam tinea sic sanitati restituitur: quin semp post ī capite vestigium relinquatur. Item patitur caput exterius dispendium in ornatu: quando vel capilli capitis defluunt vel calnescent. sicut supra dictum est lib. v. de capillis. quere ibi diligenter. Item patitur caput in suis capillis quandam corrosiōem z indecentiam: quam medici vocant furfuriscam. Nam aliquotiens quedam squame grauis furfuris simillime: oriuntur iuxta radices capillorum in capite. Et hoc vel ex vicio cerebri vel ex vicio fumi egredientis a capite ad nutrituram capillorum. sed hec immūdia mūdificatiuis ablutionibz z medicinis diligentius est abluenda. sicut z pediculi z suriones z quasi insensibiles vermiculi: sūt q̄bus dā necēijs medicamibz de regione capitis amouēdi. Capitis passiōibz sup̄dictis sic h̄m p̄stan. breuē subuenit. Si acciderit dolor ex humoris vicio: sicut ex sanguis vel alteriusmodi humoris repletione. sanguinem de cephalica extrahimus. rebitis z congruis medicinis corp⁹ mūdificam⁹. p̄cipue si in stomacho materia fuerit vomitū puocam⁹: z pueniēti medicīa educimus. mūdificato corp⁹: caput manus pedes aqua tepida p̄fundim⁹: vt pori aperiant̄ z fumi facilius enaporet. Si dolet p̄s posterior: venā latā in fronte aperimus z sanguinē exhibimus. z p̄dest vt dicit p̄stan. vel tibias inferius scanfi-

cam? et sic hūores et fumus et spūs q̄ cā sunt do-
loris a capite ad inferiores ptes reuocant. Si
hō ps anterior dolet fluxū sanguis a naribz p
uocamus. Et si fuerit hūor calidus et colericus
frigidis occurrimus medicinis. tympora. nares
et venas pulsatiles aq̄ rosacea. cū lacte mulierū
māsculū nutriētis inungimus et somnū puo-
camus. Si hō materia fuerit frigida et viscosa
in stomachi orificio posita digesta materia. da-
mas colaturā vomitus patratuā. sic de fundo
stomachi cōuenienti eā educem? medicina. fo-
mentis mediocrit? vtinur calidis et yngēt. die
tā mediocrit? calidā adhibemus. et sic p̄ria con-
trarijs curam?. Si hō fuerit dolor capit? sine
humoris vicio excessu alicui? q̄litas. tūc pati-
ens nō indiget purgatōe s̄ potius alteratōe. q̄-
litas vicio peccātibus adhibemus p̄rias q̄-
litas. Si hō fuerit dolor ex nimia cibi v̄l po-
tus repletōe. sicut accidit nimū crapularū. op-
timū remediū est aquā calidā bibere in maxia
quantitate. et tūc modica mora interposita vo-
mitū puocare. fortioribus si vis vti medicinis
recurre ad viatic. constan. sapientis industrie.
hec sufficiāt zc. **De catarro. Cap. iij.**

Idith octauo.

Item estus sup caput manasse et
mortuus zc. Causa accelerationis
mortis manasse fuit immoderatus flux? reuma-
tis in capite ad interiora de fluentis ex violen-
tia estus et caloris capitis: humores capit? dis-
soluentis. vt t̄git ber. Talis. n. fluxus a medi-
cis dicit? catarrus. et fit in capite multis de cau-
sis. Quāq; ex caliditate aeris hūores fluxibiles
dissoluentis. Quāq; ex frigiditate eiusdē cere-
brū cōstringētis et ptes liq̄diciores educētis.
Quāq; ex abundātia humorū p̄ incōtinentiam
effluentū ex interiori calore dissolvente vel ex
frigiditate cōprimente vel exprimēte. aliq̄n ex
humiditate lubricante. Quāq; ex humorū liq̄-
ditate et fluxibilitate se diffundente. Quāq; ex
debilitate virtutis retentiue. Fluxus autē p̄ue-
niēs ex humorū nimia abundātia: talia h̄z signa
bitudo corpis plectonica ē et repleta. facies ei?
subtūmida. oculorū eminētia. supfluitatus oris
et nariū abundantia cū corpis grauitate. Calo-
ris dissoluētis hec sunt signa. color in facie ru-
beus cū rubore venarū maxie in oculis. flux? la-
crimarū calidarū mordificantū oculos et calefa-
ciētū ipsam cutez. calor sentit? ī pfundo. Fri-
gidas cōstringens his cognoscit? signis. color
faciei est pallidus. lacrimae frigide. frigus sentit?
in pfundo. Si hō fiat ex liquiditate humorū

cognoscitur p̄ multitudinem supfluitatum ab
ore et naribus et eorū fluidaz sine coherenti di-
stillationez. si igit? supfluitas est in causa: curat?
p̄ supfluitatis eductionem. maxime si ad spiri-
talia fiat fluxus et per humoris fluidi cōstric-
tionez. Si enī fuerit fluxus frigidus et humidus
maxime: valent in cōtrariū calida et sicca p̄stric-
tina humoris et consumptina. sicut ladanum.
thus. storax. castorium. Si autē fuerit flux? ca-
lidus: restringatur p̄ frigidorum fomentatōez
per rosarum in aqua pluuiali decoctionē et s̄-
fumigationem. et ipsarū rosarū ad forami-
narium applicationez. Attendendā est autē q̄
q̄sdiu catarrus est in vehementia fluxus: nullū
epithimū est apponendum. nullum fomentum
adhibēdum. quia maior fieret dissolutio vt vi-
dit constan. nec aquam debet capiti infundere:
nisi forte aquam rosacā vel salicis. nisi calidi-
tas est in causa.

De frenesi et eius causis. signis et remedijs.
Capitulum .iij.

Deutro. xxviii.

Percutiet te furore et amētia et stu-
porē zc. Furore vocat frenesim: quā
sic describit constan. Frenesis inquit ē calidaz
apostema in quibusdam cerebri pellicul. quaz
sequitur vigilia et alienationes. Unde a freni-
bas. i. a pelliculis cerebri obuoluentibus fre-
nesis dicitur. Accidit autēz duobus modis ex
colera rabea proprio calore et febrili leuigata:
que furiosa effecta rapit? supius per venas ner-
uos et arterias et colligit? ad apostema et fit vera
frenesis. vel fit ex fumo a corpore ad cerebrum
ascendente et perturbante. et fit parafrenesis. i.
frenesis non vera. Datitur freneticus terribi-
lia accidentia. scilz iitū. nimiaz. siccitatem lin-
gue nigredinē et asperitatem. molestationem et
angustiam nimia. syncopim. p̄pter defectū spi-
rituū et mutationez coloris naturalis in non na-
turales. Fit enim rubens si sanguis. citrinus si
colera est in causa. Accidit autēz hec passio ca-
lida et siccis in tempore estiuo. et hec oia colere
coopantur. Parafrenesis hō que generat? ex
aliorum membrorū colligantia. vt ex apostema-
te stomachi vel matricis. his membris in statu
primuz redeuntibus: redit cerebruz. et parafre-
nesis tunc curat?. Sed cum apostema fit ī sub-
stantia cerebri tunc frenesis pessima est et mole-
stissima. et ideo piculissima. Signa hō frenes-
is sunt. vix discoloratio maior febre in sanis
vigiliarum instantia. oculorum mobilitas et ex-
tēlio dissoluta. manūū p̄iectio. capitis p̄motio

dentium frendor 7 collisio semper volunt sur-
gere de lecto. modo cantant. modo rident. mo-
do plorant. se custodientem 7 medicantes libe-
ter mordent 7 lacerant. raro silent. multum cla-
mant. hi periculossime egrotant. 7 tñ se egro-
tare tunc ignorant. **C**ito igitur his subuenien-
dum est ne pereant: 7 hoc tam in dieta q̄ in me-
dicina. dieta enim debz esse tenuissima. i. mica
panis que in aqua pluries est abluta. medicina
est vt in principio caput infirmi abraDat 7 cuz
tepidus acetu abluat. i. loco obscuro bene tene-
atur vel liget. diuersi vultus 7 picture corā eo
nō ostendantur ne insania irretetur. silentiū cir-
cūstantibus indicat. stultis verbis suis nō re-
spondeat. in principio de medicina vena fron-
tis minuatur inquantuz potest testa ovi capere.
sanguis extrahatur ante omnia in principio si
virtus 7 etas p̄miserint de cephalica minuatur.
medicina autem est digestio p̄curanda 7 cole-
ra extinguenta. super omnia vngētis 7 fomen-
tis somnus prouocetur. cum pulmone porci-
no vel pecorino caput rasum sepius cathapla-
sinet. tympora 7 frons cum succo lactuce 7 pa-
paueris liniantur. sic his cōmaniter exhibitis
adhuc pseuerat insania per tres dies cū insom-
nitate 7 vrine discoloratione: non est de cōua-
lescentia spes habenda. si hō incipiat vrina co-
lorari 7 mala signa minui: sperandū est.

De amentia 7 eius causis 7 signis. **Ca. v.**

Amentia id est
quod mania s̄m plac. Est autem ma-
nia infectio anterioris cellule capi-
tis cum priuatione imaginatōis. sicut melanco-
lia est infectio medie cellule capitis cum priua-
tione rationis: vt dicit p̄stan. in li. de melanco-
lia. Melancolia inquit est suspectio dominās
aie: quam timor 7 tristitia induxerūt. Et diffe-
rūt passionēs iste s̄m diuersitatē lesionis ope-
rationū. quia in mania principalit̄ ledit̄ imagi-
natio: in alia hō ratio. Et generant̄ he passio-
nes aliquando ex cibis melancolicis. aliquādo
ex potatione fortis vini exurentis 7 incineran-
tis humores. aliquando ex aie passionibz. s̄. sol-
licitudine. tristitia. nimio studio. timore. aliqñ
ex morsu rabidi canis siue alterius canis vene-
nosi. aliquando ex corruptione aeris pestiferi 7
infecti. aliquādo ex malicia humoris corrupti:
dñantis in corpore hominis ad talem infirmi-
tatem preparati. **S**ed̄m autē diuersas causas
diuersa sunt signa. nam q̄uidam clamāt. saltāt.
se 7 alios vulnerant: 7 in latebris latitant. de q̄-
rum dispositione 7 differentia supra habitum

est li. quinto. vbi agitur de cerebri passiōe. ho-
rum medicina est vt ligent̄ vt a. ppria vel alie-
na cessent lesione. maxie sunt tales recreandi 7
a sollicitudinis 7 timoris causa 7 materia amo-
uendi. 7 instrumentis musicis letificandi. medi-
ocriter exercitandi. 7 tandem si purgationes et
electuaria nō sufficiunt arte cyrurgica sunt cu-
randi.

De stupore 7 letargia. **Ca. vi.**

Dentro. vicesimo
octano. Percutiet te de^o cecitate.
alia s̄ra stupore. Et vocatur stupor
mentis s̄m constan. quedā cecitas ratōnis que
est quali somnus oculis clausis qñ p̄pter dese-
ctum spiritū anima non indicat de visis sensi-
biliter nec discernit. sicut p̄cussi fuerunt sodo-
mite in foribus loth. sicut dicit glo. gen. xxx. et
sapi. vltimo. **H**ic stupor s̄m p̄stan. h̄t duobus
modis. qz vel accidit ex p̄turbatōe rōnis si ad-
uertēt. vel fit ex sup̄fluitate hūoris vias spiri-
tū in cerebro impediētis. vt patet i ebriosis.
vel ex nimia frigiditate aeris neruos sensibiles
comprimētis. vt patet in his qui congelātur
in glacie vel in niue. **F**it etiā ex torius cerebri
complexione. vt i apoplecticis 7 letargicis hoc
videmus. **S**tupor etiā dicit̄ membroz rigor
7 extremitatū corpis constrictio. qñ p̄ frigōe
membra vident̄ contrahi 7 dormire. **A**lio autē
modo dicit̄ stupor s̄m damas. qui dicit̄. amira-
tio est stupor de re noua zc. **S**tupor autē put
hic accipit̄ est quedam somniculositas que est
quedam dispositio sepe ad maximas infirmi-
tates. 7 maxime ad letargiaz que ē apostema i
posteriori cellula capitis generatū. **E**t dicitur
a lethos quod ē obliuio. eo q̄ obliuionem in-
ducit. **F**it autem frequenter in senibus ex fleu-
mate 7 in hyeme. per se autem nunqz̄ prouenit
sed semper accidit ex precedente aliqua egritu-
dine. nam in quibusdam egritudinibus enuti-
tum fleuma actione febrilis caloris ebullies ra-
pitur ad cerebrum. 7 in posteriori cellula recol-
ligitur ratione conformitatis 7 generat̄ aposte-
ma. cuius signa sunt. febris continua. vrina dis-
colorata 7 spissa. oppressio oculorū. falsus som-
nus. eger vocatus vix respondet. 7 si cōtingat
respōdere loquitur aliena. supinus iacet. 7 si su-
per latus quo ad horam vertatur proprio im-
petu iterum supinatur. in extremitatibus nota-
biliter infrigidatur. **H**orum remediū est vt
eger in loco lucido statuatur. loquētū 7 dispu-
tantium assit garrulitas. per pilos 7 barbas ve-
bementius trabatur et etiam per capillos. fa-

cies aqua frigida sepius profundatur. pedes inferius confricent. fumi ferendi inferius apponant. vt cornu capre exustum et hmoi. clisterum in sup omnia coadunetur et apponatur. sternutatō puocetur. caput abraclat. fricet et aperitiuis. vt de synapi et similibus fomentes. sternutatio in hac causa optimum signum est. Si ho dormitatio pseuerauerit tremor cum motu brachy et frendor dentium supuenerit: mortale ē. Et est notandum qd si de frenetico fiat letargicus pessimū est. Si ho econtrario fit: bonum est. scilz qd de letargico quis in frenesim moueat. Hec omnia extrahunt de plat. et stan.

De vertigine. Cap. vii.

Miscuit dñs spiri-
tus vertiginis ysa. xix. Vertigo sim
stan. idē est qd scotania. visus scz
et spūs sensibilis corruptela. qua omnia subito vi-
dentur voluētia et tenebrosa. Causa aut hmoi
est. nimia hūoz abūdantia cū ventositate mix.
Nam hi humores mouentur in capite: ventosi-
tate de corpore sine stomacho ascendente ad
cerebrum. Si hec passio in solo fit cerebri: sen-
tit patiens grauitatem in capite. sonitum i au-
ditu. corruptionem in oculo. et talis vertigo
desacili non dimittit. Si ho est ex stomacho:
patiens sentit abominatōnem in ore stomachi
et dolorem. sed talis vertigo recipit interpolati-
onem. quia ascendente fumo: tunc vertigo inci-
pit. qd ho non ascendit: tunc dimittit. Horū
remediam est medicā purgatiua et fleoborbo-
mia. et si aliud non impediatur: pedes infirmi i aq
sunt ponendi. a vino abstineat: cum dissoluatur.
et etiam ab inflatis cibis et a grossis. vomit etia
leuis puocet: quia multū valet.

De vigilia. Cap. viii.

Vigilia est insom-
nitas. que est quedam cerebri pas-
sio quasi opposita letargie. Proce-
dit enim hec passio ex nimia motu cerebri et sic-
citate colere rubee sine vigile. ex intēpato ca-
lore et ex humoribus nimis falsis. Ex illis om-
nibus nascunt vigile inordinate. sequuntur an-
gustie. mutatur color. intendunt sollicitudines
cogitationes et alienationes mentis. irrationa-
biles suspitiones. corpus subtiliatur. desiccatur.
virtus digestiua corrumpitur. tota hominis cō-
plexio immutat. palpebre et facies intumescent
et pessime passionem in corpore nutriunt. His
cito ne pereant medicandū est. Horum facies
et tympora cum sopiferis inungant. lacte muli

ebri somni gratia profundatur corpora. bonis
cibus reficiantur. De vigilijs quere supra libro
sexto.

De morbo caduco. Cap. ix.

Decidit in terras
spumans zc. Math. ix. Morbo ca-
ducus a constan. et alijs auctoribus
epilentia nuncupatur. et hic morbus ab antiqs
ira dei vocabatur. Est autem epilentia vt dic
constan. humor humidus quo ventriculi cere-
bri non perfecte opilantur. phibens animaz. i.
spiritum animale ad declarandum actionem
suam: quousqz ab illo humore exopilauerit ce-
rebro viam suam. Dicitur autem hec infirmi-
tas in passione yeranoxon. i. sacra passio. qd sa-
cram partem corporis occupat. s. caput. dicit
autem herculus: quia hec passio fortis est vt
hercules. Dicitur et morbus caducus ab effe-
ctu. quia opilatis neruis membra que sunt in-
strumenta virtutum a regimine spirituum de-
pauperant et destrunt. et ideo homines in hac
passione cadere compelluntur. Est autem epi-
lencia apoplexie vicina. locus enim idē ē vtriusqz
et materia vnde nascitur. frigida enim est et visco-
sa. In hoc autem differunt. quia apoplexia oim
ventriculorū est cerebri opilatiua cum prinati-
one rationis et diminutōe sensus et motus. Epi-
lencia enim non oim: s. principalium ventricu-
lorum cerebri est impeditiua. Dicitur autē ab
epi quod est supra. et lemsis quod est lesio. quia
superiorum precipue est lesiua. Dicitur et mor-
bus puerilis: eo qd pueris sepe accidat. patiens
autem morbum istum subito cadit. obtorque-
tur os et facies cum tremore ceruicis et toti⁹ cor-
poris. cum constrictione dentium et stridore. ore
spumant et plures superfluitates emittunt. Vo-
cant autem medici epilentiam apoplexiaz par-
nam: que ex tribus est causis vt dicit constan.
quia vel ex humoribus fleumaticis vel ex me-
lancolicis nascentibus in proza cerebri. vel ex
ventositate frigida et grossa. cerebro vel alicui
membro dominante: sicut stomacho. Est enim
aliquis humor qui nascitur i illo membro. et fir-
mus ascendit ad cerebrum. cuius grossitudine
vie animalis spiritus opilantur. et deinde mor-
bus caducus procreatur. hec passio vt dicit cō-
stantinus superuenit tempore determinato.
Unde dicit Galenus. Epilentia inquit que
crescente luna venit: sui naturam signat esse
humidam. Omne enim humidum crescente
luna habet incrementum. Que vero venit
deficiente luna frigidissima est: sed tamen

parum humida est. Epilentie autem tres sunt species fm triplicem locoz speciem vbi fuerit scz. Epilentia autē fit in capite ex materia existente tm̄ in cerebro. Analempsia ho fit ex materia existente in stomacho non in p̄cauitate s̄ in neruis eius 7 arterijs ipsius stomachi. p̄ qm̄ medietatez materia ebulliens rapit̄ ad cerebz. Cathalempsia ho fit ex materia existente in extremitatibz vt in manibz et pedibz que p̄p̄ijs quidem signis dinoscit̄. Nam cathalempsiaci morbum suum presentiat. Sentiunt em̄ receptionem quandā quasi fornicariū vel motum cuiusdam aure ex materia sup̄ius ascendente. 7 sepe p̄ p̄structione extremitatum p̄seruant a casa. Et vt testat̄ Gal. isti sepe febuūt quādo sine caloris ebullitione. materia vix ab infero nibus potest rapi ad sup̄iora. Analempsiaci aut̄ ex repletioe stomachi laborant 7 maxima indigestione 7 ciboz eructuatiōe 7 abominatiōe 7 hi etiam casum suum presentiat. s̄ continua capitis grauedine laborant. sunt aut̄ he passi ones qn̄qz ex sanguine sed sepius ex fleumate sepius etiam ex melancholia 7 cause iste p̄ p̄pa signa dinoscunt̄ maxime p̄ corpis habitu. dūne saguineam 7 fleumaticam. Vei melancholicaz per faciem rubeam vel pallidam seu liuidam p̄ etatem. per regionem per dietam. Si aut̄ fuerit ex melancholia in defectu lune ledit maxime 7 infestat. Si ho ex sanguine vel ex fleumate in plenilunio maxie se oñdit. he passiones s̄ maxime adherentie. 7 eas curare difficile ē. Consert tm̄ eis 7 medicina 7 dieta. oportet vt a nociuis cibis abstineant: 7 a coita 7 a nimia frequētia hoim. qz in talibz locis solet eos citi⁹ accessio occupare. Bonis cibarijs 7 lenibz vtantur 7 tpate. plus de mane: minus autez vel nihil de vespere comedāt. vinū tpate bibant fm medicinā pargent̄: fm humoris peccantis exigentiā. Experimentū plāc. contra epilentia. tres sanguinis guttas dicit eē p̄ scarificationem extrahendas a scapulis. 7 cum ouo corui in fine accessio nis patienti offerēdas. dicit etiā oua corui multū conferre. Similit̄ dicit pioniam potatā conferre. Multū idem cōfirmat Gal. 7 Cōstan. 7 Diascondes. Dicit etiā coagulū leporis bibitū eos iunare epilenticos. quia. p̄hibet ne humor dissoluatur. qui ascendēs opilat cerebrū. Dicit etiam qz epar asininū assatum consert si comedat. Caprinū ho si detur epilenticis: mouet epilentia. Multa alia dicit Constan. experimenta: de quibz nihil ad p̄ns.

De sternutatione. Ca.

.x.

Deb quadragesimo primo. Sternutatio ei⁹ sc̄. Sternutatio vt dicit Cōstan. ē violenta cerebri cōmotio: ad expellendas fumosas ipsius cerebri sup̄fluitates. De diuersis autez causis nascit̄. Aliqñ enim ipsa natura opat̄ cum fumos sup̄fluos satagai expellere a cerebro. qui vel causa sunt morbi vel causa futuri vicij. humanū enim cerebrū humidius est cerebus aliorum aialium. vnde 7 humores ibi adanantur 7 cooperante natura inde cum sternutationibz expellantur. Aliquando enim fit sternutatio vi morbi potius qz nature expulsiōe. sicut in cōrica accidit 7 in peripleamomia. Aliquando etiam habet fieri sternutatio sic. Canales natiuz humanarum carti sunt: vnde cito ad cerebruz nociua ab extrinsecis veniant. sicut puluis. aer frigidus. calor solis 7 hm̄oi. que cuz ad cerebz veniant: expellūt a cerebro vigore 7 motu suo 7 inde fit sternutatio. Que si fiat ī acutis febribus siue reumate: signum est laudabile. Sigt̄ enim naturam confortatam in expellēdo quod sibi est nociuum. Si ho fiat cum reumate: mala signum est. signat enim materie cruberantiam. Unde synthonica est sternutatio et augmentum reumatis. Et ideo in pleuresi 7 in cōtumulibz malum signum est 7 illaudabile. Sternutatio igitur cerebrum cōmouet 7 exonerat: totum corpus concutit 7 alleviat in suo exitu. Et violenta cōmotio aeris in canalibus narium strepitum facit. que si plus debito post expulsiōem sup̄flui fumi p̄manserit: ledit. qz nimis dissoluit. 7 aliquando graues passiones excitat 7 inducit. Restringatur igit̄ p̄ medicinas sicut p̄ fumigationes cōstringentes sp̄s reparantes 7 sup̄fluitates consumentes. sicut est de camomilla metastz. rosa. yreos. nigella 7 hm̄oi.

De tremore. Ca.

.xj.

Dicit dñs signū in cayn. tremorem capitis: fm glo. strabi. Omis inquit strabus q̄ inuenit me p̄ tremorem capitis 7 agitationez furiose mentis cognosceret me reū mortis esse. Tremor autem capitis qui 7 iectitatio dicit̄ a cōstan. puenit ex defectu 7 debilitate virtutis regitiue in neruis spondilium ipsius colli 7 in laceris membroz. In hoc autē morbo duo sūt motus qui sibi sunt oppositi. alter enim mouet sursum: 7 alter deorsum. Sup̄iorem ho natura operat̄: inferiorem autem morbus. Morbz autem nititur membrum deprimere inferius. s̄

natura que ipsum a suo regimine nondū destitit. nūc ipsum regere et ponere in propria positōe et ita sursum eleuare. Et ideo ex tali motū contrarietate surgit tremor. Causa autem inceptiōnis tremoris est defectus virtutis cōmouētis lacertos vt dicit cōstan. que virtus quāq; deficit cā male cōplexionis vel ex accidentib; anime. si cut ex timore ppter spūs confluētēs ad cor. vñ membra ponderositate sua tendūt inferius. vñ q; natura non habet sufficientes spūs ad membra regimen confluentes non ex toto pōt membrum in sua consistentia detinere et sequi ideo statim tremor. Talis aut tremor quedam ē dispositio ad palisym. maxime si acciderit dormitio sequens cū tremore cuius causa est frigiditas substantiā neruoz coagulans et constipans ne virtus sensibilis eam penetrare possit. Dis aut paralisis leuior est ad curandū cum tremore q̄ illa que est sine tremore q; in prima nō est membrum omnino destitutū a natura sicut est destitutū penitus in secūda. Talis itaq; tremor vna cū dormitatione. calefactiuis et confortatiuis et dissolutiuis et psumptiuis curabitur medicinis sicut est theodoricon. yeralogodion et similia. Valent et balneationes. fricationes et cum calidis et apertius herbis suffumigatiōes vt pori clausi aperiant vt humores superflui cōsumantur. vt spūs excitentur et nerui cōfortentur.

De spasmo. Caplm. xij.

Spasmus est neruorum violenta cōtractio. motū volūtariū auferēs et retardans. Talis cōtractio puenit aliqñ ex nimia repletōe quāq; ex inanitione. quāq; ex nimia infrigidatōe sicut ē vidē in manib; et labijs infrigidatoz q; vix verba formant. vix etiā digitos cōplicāt aut recuruant. Cōtractio aut ex tali intrinseca infrigidatione soluitur calore. et alia nō indiget medicina. Caueat tamē patiens ne nimis subito forti calori se exponat. q; ex subita repulsiōe frigiditatis ad neruoz extremitates dolorē nō modicū patiet. Cōtractionē hō factā ex inanitōe. hō signa declarāt. pcedit enī aliqñ fluxus immoderat⁹ sanguinis vel vētris vel matricis aliquādo labor vel abstinētia supra vires laborātis vel abstinētis. aliqñ imoderatus calor vt in corpore hominis peracutas febres patietis. aliqñ pfunditas et doler vulneris acumē et fortitudo assumpti medicaminis. In his omnib; accidit spasmus ex nimia nature desiccatione et substantialis humiditatis psumptōe. vnde corrugatur neruus et p̄trahitur sicut pergamenū positū in

igne. et iō via spiritū per neruos intercipitur et virtus vite regitina impedit. oīs talis spasmus diu si durauerit mortalis est. Unde dicit i am pboris. spasm⁹ ex colerico mortalis. Isti tamen spasm⁹ in principio pfert. calidū lac mulieris si sup musculos fautiū sup spinā et colluz radices neruoz vndiq; pfundant. ad idem valet aqua cum oleo si fuerint cū lana succida sup locū neruoz fomentata. Tercius vero gen⁹ spasm⁹. s. ex repletōe qui solet accidere pinguib; et carnosiss et ingurgitatis ex effusione neruoz et dilatatiōe facili⁹ soluit q; cū vngentis calidis balneis ster nutatōib; et gargarismis curat vt docet cōstan. huic contractioni si febris superuenerit sumus remediū erit. Unde dicit in amphor. spasm⁹ febris superueniens soluit egritudinē. Isti aut spasm⁹ triplex ē species. s. epitestanus. s. quādo nerui posteriores spasman. et epocrostēnus. s. quā anteriores nerui cōtrahuntur. et cetban⁹ quā anteriores et posteriores cōtractionē patiunt in his trib; nō est perfecta cura quā accidunt ex inanitione vt dictum est.

De paralisi. Caplm. xij.

Paralisis est lesio partis humani corporis cū diminutione vel priuatione motus vel sensus vel vtriusq;. Fit enī quāq; ex frigiditate cōstringente quāq; ex humore opilante. aliquādo ex calore cōsumente et neruos sensibiles corrugante. aliqñ ex vulnere neruos incidente vel diuidente. Ex istis enī causis et alijs denegat trāsitus spiritus aialis ad instrumēta sensus atq; motus. Unde si nerui sensibiles et motui ex toto sunt opilati vel incisi efficit membrū pariter imobile et insensibile. Si vero plena non fuerit opilatio vel trāsitus spiritū denegatio fit ibi ex materia depumēte et virtute regitina exigēte tremor sicut dictū est. Habet fieri spāliter paralisis ex supfluitate aboz et maxime potui ex q̄b; nimia fit humoz generatio et dissolutio et inde neruoz psequit opilatio. Fit etiā ex frigiditate neruos pstringēte. quāq; ē sint hōma alter⁹ morbi. s. quā minor apoplexia in paralysi terminatur. Est aut paralisis alia vltis alia particularis. Uniuersalis est q̄ recte mediā partem occupat hōia infirmātis. Particularis est q̄ occupat partem vnā vt manū vel pedē vel linguā. Ite materia ipsius opilatiōis inducētis paralysiz quāq; est in origine neruoz quāq; ī ipso mēbro palitico. Si ī origine neruoz sit cā stupor et insensibilitas est circa loca vicina vt in facie vel ī principio dorsi. Si vero in ipso membro paralitico tunc ipsum

patit̄ tm̄ 7 nō supiora vt dicit Gal. q̄ dicit se amo-
uisse ep̄lastz qd̄ sophista posuerat sup̄ manū 7
posuisse sup̄ collū. Et q̄ p̄ q̄ h̄z varietatē loco-
rū morbi d̄z variari mod⁹ medicīe palisis ex in-
cisione nervi penit⁹ incurabil̄ ē. similiter paralisis
vniuersalis in omnibus 7 maxime in senib⁹ vic-
curatur. circa inuenes tamen citius 7 efficacius
operatur medicina. Primo ergo in paralisi ex
mollificatiuis 7 relaxatiuis tam interius q̄ exte-
rius exhibitis insistendum est. deinde desiccati-
uis 7 p̄strictiuis. Si vero primo desiccatiua ve-
hementer apponerentur liquidioribus partib⁹
consumptis reliquū magis inspissaretur 7 sic cō-
pactius effectum ad dissolutionem 7 cōsumpti-
oni inobediens redderetur. ideo predicto
modo caute est procedendus. Congruis igitur
medicinis interius purgatiuis conuenientibus
etiam vngentis exterius membra mollificentur
saliva 7 castorio in decoctōe vini vtantur. alias
vero medicinas quere i plac̄. 7 in viatico cōstā.

De passionib⁹ oculorum. Ca. xiiij.

Dolet dolor acci-
dere oculis aliquādo ab exteriorib⁹
sicut a vulnere continuitate oculo-
rum dissolvente. a puluere teneram substantiā
oculi perturbante a fumo oculos obfuscate vē-
to frigido spiritum visibilem repercutiente. ab
aere calido dissolvente. a nimia solis vel alteri⁹
lucidi corporis claritate spiritum disgregatē a
nimia tenebrositate spiritū visibilē cōculcante.
ab inordinata diēta 7 ebrietate cōtinua visum
ebetante. a venerea voluptate consueta spiritū
7 humorē cristallinū corūpente 7 dissolvente.
aliquā ab interioribus vel ab humorib⁹ calidis
vel frigidis siccis vel humidis. Primus autem
dolor 7 precipu⁹ causatur ab interiorib⁹ calidū
a postema faciēs super albuginē oculoꝝ ex hu-
morib⁹ p̄fluētibus ad pupillam 7 a postema fa-
cientib⁹. 7 hoc accidit ex debilitate oculi recipi-
entis 7 ex abundātia seu acumine humoris con-
fluentis 7 ex cerebro descendens. In tali itaq̄
apostemate oculus intumescit 7 lacrimatur ru-
bescit. dolorem 7 puncturam feruorē 7 arsuraz
sentit. potissime qm̄ colera est in causa. tunc enī
videtur q̄ acub⁹ p̄fozetur. si vero humor frigi-
dus sit in cā vel ventositas oculus distenditur.
grauatur de nocte inniscatur. humores nimij ef-
fluūt 7 illi sunt viscosi maxime affligitur humo-
re fleumatico. Si vero sanguis sit i causa sentit̄
pruritus multitudo lacrimarum 7 calor in exitu
earū leuis punctio maior tumor 7 dolor i frōte
maior 7 maxie affligit̄ i horū sanguinis. bec isir

mitas si causatur ab exteriori patiens quiescat.
capite alto dormiat. p̄pter fluxū lacrimarū lumi-
nis splendorem fugiat ad vitandū disgregatio-
nem 7 dissolutionem maiorē vocem nō emittat
ne ex conatu vocis in cerebro dissolutio fortis fi-
at. cib⁹ detur frigidus 7 leuis digestionis ne reu-
matis fluxus augeat. aqua clara 7 calida potet̄
q̄ de natura sui sumi fumos p̄sumit nervos cō-
fortat. arsurā 7 puncturā mitigat. balneis aque
dulcis t̄patis vtatur. His obseruatis nō opoz-
tet alit̄ medicinari siue medicari. Si vero sit do-
lor ab interiorib⁹ humorib⁹ purgentur humo-
res peccantes vel per subtractionem sanguinis
vel p̄ cōgruā medicine purgationē colliria. miti-
gatiua. 7 sanatiua interi⁹ ponantur sicut aqua
rosacea cū lacte femineo vt dicit cōstā. lacrimae
cū restrictorijs cōpescant. apponant̄ ergo in p̄-
cipio leuiter repercussiuā 7 mitigatiua in statu 7
in augmento mediocriter dissolutiua in fine cō-
sumptiua 7 semper cū istis cōfortatiua. Circa a-
postema vero oculi nō q̄ sūt maturatiua appo-
nenda ne substātia oculi que est tenera destrua-
tur si ad sanicm̄ p̄trabatur. Dieterea si mate-
ria est multū calida 7 dolor fortis nō sunt appo-
nēda fortia repercussiuā q̄ materia subito posset
percuti ad nervū obticum 7 opilando posset
perpetuam inducere cecitatem. Lippitudo est
oculorum. viscosa 7 glutinosa superfluitas ocu-
lorum palpebris adherens ex fleumaticis 7 me-
lancolicis humoribus in angulis oculorum in-
cipiens. palpebras ingrossans 7 inuertens. hec
oculorum cilia corūpit 7 ipsas palpebras qua-
si carneas crudas facit. In lippis quippe oculis
pupille sane sunt sicut dicit glo. sup̄. xxj. Leni-
sed humore defluente palpebre grossescunt cu-
ius crebra infusione etiaz pupille acies viciatur
7 illos significat q̄ ingenium ad cognitionē ve-
ritatis emicat sed opatio carnalis vite obscurat

De lippitudine 7 albugine. xv.

Alia ē passio ocu-
lorū quā nos maculā dicim⁹ q̄ albu-
go vel p̄an⁹ dicit̄ a p̄stā. Et h̄z ge-
nerari sic. primo fit flux⁹ reumatis ad oculos ex
q̄ fit obralmia dolor. s. 7 a postema ex q̄ male dis-
cussa remanet quedā leuis macula siue infectio
q̄ lōgo p̄cessu t̄pis excrescit i telā 7 inspissat̄ 7 oc-
cupat maiorē locū. s. totā pupillā. tela h̄o excres-
cit i pannū p̄ maiorē inspissationē 7 maiorē loci
occupationē q̄ totū nigū oculi occupat. ad vl-
timū fit vnguis magis spissus 7 dur⁹ qd̄libz isto-
rū incurabile ē si fuerit ineteratū. tm̄ fm̄ loci col-
locationē d̄z diuidi. Si h̄o collocat̄ cca cristallū

humorem in profundum per dimidium annum fit incurabilis. In principio autem vix curatur. si vero colligatur sub coniunctiva vel etiam supra per decem annos potest curari. quando igitur macula recēs est et modica succo papaveris rufi sufficit ad medicandum ut dicit constan. papaver enim rufum vel rubeum calidum est in primo gradu et siccum in secundo. et ideo habet virtutem extenuandi consumendi et desiccandi. Dicunt etiam phisici ut dicit constantinus quod sanguis ex summitate tertexte ale columbe vel hyrundinis vel vppupe extractus et super maculam recentem positus calidus maculam in principio potenter rumpit. sanguis enim istarum avium est valde ignitius et dissolutius ex natura avium ex quibus procedit.

De infectione oculi per sanguinem induratum. Capitulum. xvj.

Lia etiam accidit oculis deformitas et passio. scilicet sanguinis infectio quam constan. crustulam sanguinis nominat quando. scilicet sanguis aliquo casu ad oculos defluens in crustulas desiccatur. Contingit etiam ab arterijs et venis desudare ad oculum et venulas aliquas rumpi vel crepare in tunica coniunctiva et ex circumfluente sanguine talem deformitatem in oculo generari hunc sanguinem sic coagulatum dissolvit sanguis turturnis vel columbe ut dicit constan. Item facit recens casus sine sale melli comixtus si superponat. multa alia experimenta dicit constan.

De lacrimis involuntarijs. xvij.

Fluxus lacrimarum involuntarius accidit oculis quibus ab exterioribus sicut ex percussione et calidi aënis dissolutione vel ex frigidi coartatione ex fumis mordicatis et pulveris perturbatione ex ceparum et aliorum acuminum odoratatione. quibus ab interioribus ut ex calidis humoribus vel frigidis vel ex superabundantia humorum per incontinentiam effluentius ex debilitate contentive virtutis cerebri et fortitudine ex pulsiue. Si autem humores calidi fuerint in camera oculi rubent lacrimae distillantes calefaciunt faciem et vrunt. calida obsunt frigida profunt. si vero sunt humores frigidi oculi sunt subalbidi vel liuidi lacrimae etiam frigide faciem non mordificant frigida obsunt calida profunt ad lacrimationem factam ex percussione et causis alijs exterioribus precipua cura est cera pura cum pulve-

re cinini calefacta et frequenter cataplasmata. dolore enim simul remouet ac lacrimam et liuorem si sit cum vulnere cum cyrurgia curet. Ad alias causas exteriores sufficit fomentum cum aqua tepida ita quod tepor ad frigiditatem plus accedat. Si fiat autem ex fluxu et ex superabundantia humorum purgetur. detur dyacibani cum vino decoctionis thuris et hoc precipuus est in hac causa fiant restrictoria circa tympana et circa frontem hec omnia valent contra fluxum ex causa calida et ex frigida.

De defectu visus.

Capitulum. xvij.

Defectus visus accidit oculis multiplex de causa. aliquando ex mala complexionem. aliquando ex fumi ascendenti a stomacho corruptione aliquando ex nervi optici opilatione et catharecti. ex spasmus ex macula et huiusmodi. aliquando ex dietae ordinatione ex egritudine longa ex ieiunio et coitu nimio et ex multis alijs causis sicut ex senectute et huiusmodi. Distinguende igitur sunt cause per propria signa. nam si defectus accidat ex fumositatem stomachi defectus visus non est continuus sed interpolatus. si enim ciborum assuetudinum varietatem minuitur vel augetur. Si autem est ex vicio cerebri continuus est defectus ante prandium et post si ex opilatione nervi ipsius oculi substantia pura est lucida atque clara. Alia signa per se patent. Ad istum ergo defectum tollendum si est ex vicio humoris stomachi mundificetur immo totum corpus precipue caput. deinde apponantur remedia localia que in vaticio et in alijs autoribus inueniuntur.

De cecitate. Capitulum. xix.

Cecitas est privatio visus. Privatur autem homo visus aliquando propter organorum defectum et pupillarum improporzionez ad spiritum visibilem. Ad hoc enim quod formetur visus exigitur debita proportio organi spiritum recipientis ad ipsum spiritum ut supra dictum est de visu li. ij. aliquando propter nervorum interiorum opilationem. Si enim fuerit nervus qui dicitur opticus qui est visibilis spiritus vehiculum in suo principio vel medio vel alicuius carnositatis super ex crescentia vel alicuius viscosi humoris abundantia totaliter opilatus virtutis visive transitus non peruenit ad pupillam et sic cecitas in oculo generatur. Aliquando fit propter humorum et spirituum consumptionem ut est videre in senibus quorum oculi primo caligant et

defectum visus patiuntur. tandem deficiente virtute videndi potentie penitus destruntur. Aliquando fit ex causa exteriori sicut per oculorum vulneratōem p̄ nimiam etiā 7 cōtinuam lacrimarum effusionē. per substantie oculi dissolutōes per tunicarum oculi inspissatōem 7 induratōes 7 humorum in oculo cōpactionē. tūc enim nō ē pupilla spiritui visibili p̄ua. 7 ideo talis cōpactio est cecitatis in oculo inductiua. p̄ substantialis humoris subitam deficcationē. vt in pupilla accidit in quibusdam potionatis 7 in munitis qui ex nimia sanguinis subtractōe q̄ncq̄ incurrunt periculum cecitatis. Aliq̄ p̄pter subitam cūz deficcatione substantialis humiditatis spiritus visibilis disgregationē vt patet in v̄so qui ad aspectum peluis ardentis quasi subibo excecatur cuius excecationis causa est aspectus peluis ardentis 7 lucētis cuius ignea virtus tunicā oculi cū cristallino humore 7 destruit 7 cōsumit 7 eiusdem luciditas que spiritui est improporionalis ipsum disgregat 7 dispergit 7 sic necessario cecitatis perpetue vicium introducit. Inter om̄s itaq̄ sensibiles passiōes miserabilior est ipsa cecitas vt dicit cōstan. Nam sine omni vinculo cecitas ceco carcer est. decipit in apprehēdēdo s̄z ymaginatiuā q̄ de albo ymaginat q̄ sit nigrū 7 ecōuerso. Impeditur in indicādo vim deliberatiuam. iudicat eniz penes se 7 deliberat ire ad orientē 7 deceptus in suo iudicio vadit ad occidentē. peruertitur 7 affectiua q̄ oblato sibi ad eligendū denario argēteo cū cupreo affectat eligere argenteū 7 eligit ipsum cupreū. Tanta siq̄ dem est ceci miseria vt nō soluz puero vel seruo se subiciat p̄ regimine 7 ducatu. verū 7 sepius ipsi cani. 7 sepe ad tantā deducit necessitatez vt ad transeundū pontis vel vadi periculū pl̄ cogitur credere cani q̄ sibi ipsi. Itē sepe i periculis vbi oēs dubitat q̄ nō videt piculū securus ē cecus 7 ecōuerso sepissime vbi nullum periculum iminet maxime cecus timet. sepe in plano cespitat pedibus 7 offendit sepe. vbi pes esset eleuāndus deprimat pedē 7 ecōuerso vbi esset terre figēdus ipsum eleuat 7 suspendit. vndiq̄ palpādoz cōtrectando manus dirigit. vndiq̄ de itinere dubius manu 7 baculo viā querit. raro aliquid securus agit semp̄ fere dubi 7 timēs erit. Itē cecus q̄ nudus iacet vel sedet tectuz se reputat. sepe etiā q̄ videt ab omnibz se latere putat. Itē faciē aliq̄ 7 oculos ad soles vel celū cecus eleuat. sed ipsius oculis sol p̄ntē exhibet suum radiū sed tñ presentis solis virtutē nō percipit 7 effectū vt dicit Greg. Item cecus aliquādo puerū suū ductorem verberat 7 percutit et

offendit. sed eadem verbera cito p̄ puerum luit nam puer verberū non imemor i pontis medio siue a quocūq̄ alio periculo ipsum soluz deserit 7 ipsum fugiens sibi viā euadendi periculū non ostendit 7 ideo est miser cecus. q̄ in domo nihil audet fiducialiter agere. in itinere deserit a socio multū timet. in hoc tñ peior est cōditio! habētum oculos q̄ cecoz quia ipsi oculi hostes sūt et predones humani animi quoz cōcupiscentias dum sequimur seuissimis hostibz subijcimur sic dicit expositoꝝ super illud **Tren.** oculus meus depredatus est animam meam. melius autez est homini oculis erutis cecum fieri q̄ habere oculos 7 eorum blanditijs decipi 7 abduci vt dicit **Greg.** super illud **Matth.** vj. meli⁹ est tibi luscū ad vitā ingredi q̄ duos oculos habentē in ybennam ignis mitti.

De surditate.
Cesimum.

Capitulum vi-

Surditas est pri-
uatio siue impedimentum auditus qui s̄m constan. ianua mētis est. Cōtingit aut aliq̄ auditū totaliter auferri 7 tūc p̄prie dicitur surditas. Et habet fieri ex humoribus opilantibz neruos audibiles 7 buccas aurium replentibz intantū q̄ in eis nulla potest fieri allisio. q̄ncq̄ nō ex toto aufertur sed p̄pter diminutōem hūoris fit difficultas in sensatōe 7 dicitur grauitas auditus. q̄ncq̄ est ibi sonitus 7 tynnitus ita q̄ putat patiens q̄ sit iuxta molēdinū siue iuxta organa 7 hoc habet fieri ex grossa vētositate interclusa. 7 hoc habet fieri aliquando sine interpolatione 7 tunc ex priuata causa contingit quandoq̄ cū interpolatione 7 tunc est ex causa remota quandoq̄ enim nihil exterius auditur p̄pter opilationem. sed auditus ab interioribus immutatur ita q̄ patiens credit se audire ab exterioribz hoc quod sentit ab interioribz 7 s̄m hoc fallitur auditus. Multis alijs modis auditus hominis impeditur. Accidit etiā auri dolor aliq̄ siue apostema 7 hoc ex calore dissolvente vel ex frigiditate constringente si sit ex calore dolor est acutus. locus rubet. calida obsunt frigida p̄sunt. Si sit ex frigiditate dolor est pōderosus 7 grauius. loc⁹ pallet. calida obsunt frigida p̄sunt. aliq̄ est ex apostemate calido 7 tunc ad predicta signa est vehemens febris semper enim apostema auriū febris concomitatur sed remissior 7 cum minori dolore in causa frigida q̄ in calida. Aliq̄ relinquatur in aure vulnus ex apostemate p̄cedente q̄ cognoscit

ex dolore titillatione 7 sanie effluente. Aliquan-
do sunt vermes in auribus ex humoribus cali-
dis inuisicatis per interemptionem spiritus vi-
uificatiui. Signa ergo vermium sunt pruritus
7 titillatio 7 aliquando videri possunt si auris
soli exponatur. Aliquando fit dolor a causa ex-
trinseca sicut ex aqua vel lapilli subintratione.
aliquando ex cōcussione cuius signum est exitus
sanguinis. aliquando tamen erit sanguis ex su-
perabundantia 7 incontinentia. Unde cōstā.
si subito sanguis 7 sine dolore ab auribus exeat
sine manifesta cā signū est aliqd esse ī capite qd
natura expellere laborat. oportet ergo qd aures
a principio mundificentur. Alias autem aurium
passiones quere supra li. iij. de auditu 7. v. de au-
re. ibi enī sunt multa inserta. Dolor igitur aurium
si est ex calore 7 sine apostemate frigidis 7 alte-
ratiuis insistentum est. Ungi enim debet locus
doloris oleo rosaceo vel violaceo 7 consimilib.
